

# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**P.Terentij sex: || quae extant: Comoediae. An= || dria.  
Eunuch[us]. Heautontimo= || rumenos. Adelphi. Ecyra. ||  
Phormio. || ... [qui]= || b[us] erudita Philippi Mele Brettani  
p̃posita est epi || stola ... || ...**

**Terentius Afer, Publius**

**Lipsiae, 1519**

De metro trochaico

[urn:nbn:de:bsz:31-114211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-114211)

At quia nostri Comici trochaicis quandoque utuntur, non erit alienum aliquid de Trochaico breuiter referre.

#### DE METRO TROCHAICO.

¶ Trochaicū in locis quidem imparibus excipit Trochæum, Tribrachum, Iambum & Dactylum, in locis autem paribus præter illos etiam Spondeum & Anapestum. Cum autem Catalecticum est in penultima maxime Trochæum admittit, interdum Tribrachū, cum autem Brachycatalecticum est, in penultimo loco quaterna tempora non recipit. hæc Hæphæstion, Manlius uero Theodoricus, Trochaicum inquit metrum, quæuis & spondeum, & Anapestū & Dactylum recipiat, ut Iambicum, ei tamen est contrariū quod in Iambico pedes qui locis imparibus recens sunt, in trochaico non nisi paribus licet collocari. Trochæus in hoc metro, quod ex eo nomen accepit, locis omnibus poni potest. Tribrachus locis omnibus præter septimum. Cæterum in hoc metro, & Tribrachus, & Dactylus & Anapestus, non nisi quæ parçissime, & consultis prius auribus sunt admittendi, quod etiam in Iambico uidemus obseruari. Nam tamen omnibus imparibus eius metri locis Tribrachum, Anapestumue, aut Dactylum collocandi facultas est, rara tamen eorum sit admixtio, neque ulla, uel in Iambico, uel in Trochaico metro, aut Trochæo quæ cum Spondeo, aut aptior, aut frequentior potest esse coniunctio. Terentius autem Trochaico mixto, uel confuso cum Iambico utitur in sermone personarum.

¶ Cæterum nos præcipuo ac singulari amore erga studiosos adolescentulos prouocati, pedes, quibus uersus fere omnes conficiunt Iambico & Trochaico metro, ueluti corollarium addidimus, ne prætermitteretur, quod illis futurum utile uidebatur.

#### ¶ DE PEDIBVS.

¶ Pes est compositio duarum pluriusue syllabarum, certa syllabarum ac temporum obseruatione. Dicitur, quod eo ita incedere numeri uideantur, sicuti animalia pedibus gradiuntur. Pes constat syllabis. Syllabæ temporibus. Tempora uero motu. Pedes aut sunt duarum syllabarum, aut trium, aut quatuor. Pedes qui ex duabus syllabis constant, hi feruntur.

¶ Pyrrichius,  
duabus constat  
¶ Spondeus,  
¶ Iambus, ex  
¶ Trochæus,  
ui ut mufa,

¶ Dactylus tri  
stat breuibus,  
¶ Anapestus,  
duas breues, &  
¶ Tribrachus  
nonnulli Pyg  
uibus, & totie  
¶ Amphibrach  
breui & longa  
¶ Amphima  
constat ex lo  
¶ Bacchius,  
¶ Palimbac

¶ Proceleus  
Dispondeus e  
Diambus ex t  
Ditrochæus  
Antispastus e  
ui, ut am  
Choriambus  
Ionicus maio  
Ionicus minor  
Pæon primus  
Pæon secundus  
Pæon tertius,  
Pæon quartus